



UNA VOCE VENETIA

13 Aprile  
**Sant' Ermenegildo Martire**

**Sequéntia sancti Evangéllii secúndum Lucam** *Luc. 14, 26-33*

IN ILLO témpore : Dixit Jesus turbis : Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxórem, et filios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ánimam suam, non potest meus esse discípulus. Et qui non bájulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discípulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificáre, non prius sedens cómputat sumptus, qui necessarij sunt, si hábeat ad perficiéndum; ne, posteáquam posúerit fundaméntum, et non potúerit perfícere, omnes, qui vident, incípiant illúdere ei, dicéntes : Quia hic homo cœpit ædificáre, et non pótuit consummáre? Aut quis rex itúrus commíttere bellum advérsus álium regem, non sedens prius cógitat, si possit cum decem mílibus occúrrere ei, qui cum vigínti mílibus venit ad se? Alióquin, adhuc illo longe agénte, legatiónem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renúnciat ómnibus, quæ póssidet, non potest meus esse discípulus.

**Dal Vangelo secondo Luca** *Luc. 14, 26-33*

IN QUEL tempo, Gesù disse alle turbe: se uno viene a me, e non odia suo padre e sua madre, la moglie, i figliuoli, i fratelli, le sorelle, e fin la vita sua, non può essere mio discepolo. E chi non mi segue portando la sua croce, non può essere mio discepolo. Poiché chi di voi, volendo fabbricare una torre, non si mette prima a fare i conti delle spese necessarie per sapere se ha di che finirla? Altrimenti, dopo gettate le fondamenta, non potendo egli terminarla, tutti quei che veggono prendono a burlarsi di lui, dicendo: Costui ha principiato a fabbricare, e non ha potuto finire. Ovvero, qual è quel re che, stando per muovere guerra ad un altro re, non rifletta prima se possa con diecimila uomini affrontare chi gli viene incontro con ventimila? Altrimenti, mentre questi è ancora lontano, gli spedisce ambasciatori e lo prega di pace. Così, chiunque di voi non rinuncia a quanto possiede, non può essere mio discepolo.